

# Foaia

pentru

## Minte, Anima si Literatura.

Nº 12.

Mercuri 4. Aprilie

1862.

SAMUELIS KLEIN

HISTORIA DACO-ROMANORUM SIVE VALA-  
CHORUM.

Caput XXVI.

Viri litterati ex natione Valachica.

Paeis perstringam recensendo litteratos viros, et scriptores Daco-Romanos, seu ex natione Valachica, qui quamquam non multi sint, eo tamen celebriores censeri possunt, quod in tantis barbarorum, Gothorum, Gepidarum, Hunnorum, Pacinatarum, Bulgarorum, Sarmatarum, Slavinorum, Hungarorum, Turcarum et Tartarorum persecutionibus, scintillam aliquam eruditionis, quam a Patribus hausserant, retinuerint, et subinde excitaverint, sed inter continuos belli cum vicinis barbaris strepitus, tam lente excita-  
batur, ut pene extincta fuerit.

Ferunt scriptores ex Valachis sequentes.

Joannes Cassianus ortus ex Seythia, ubi notandum, quod Graecorum scriptores, quid citra Thraciam versus septentrionem circa Danubium erat, totum pro Seythia habuerunt, hinc est quod Tomis civitatis in Bulgaria penes mare Nigrum existentis Antistitem Scythiae Eppum appellant, quainvis haec civitas esset in Moesia inferiori provincia Romana a Romanis inhabitata, ex hac ergo Seythia seu Dacia Moesiana, a Romanis Colloniis, qui modo Valachi dicuntur, Cassianus prodiit, qui scripsit Collationes Patrum antiquorum Abbatum.

Dionysius Monachus, et Urbis Romae Abbas, cognomento Exiguus, sed Doctrina et vitae Sanctitate Magnus. Hic scripsit Cyclum Pascalem, in quo relecta profana Olympiadum, Consulum, et Imperatorum aera, omnium primus annos numerare coepit ab Incarnato

Dei filio, et hac Christiana aera hodie dum universus Christianus Orbis utitur: scripsit insuper collectionem SS. Canonum. Obiit meritis clarus circa annum a se inventae aerae, 549. Ortus ex Seythia seu Moesia coloniis Romanis.

Nicolaus Olahus ex stirpe Principum Valachiae ortus et E. M. S. Archi-Eppus Primas Regni scripsit librum intitulatum Hungaria, et Atila, sive de originibus gentis, Regni Hungariae situ, habitu, opportunitatibus, et rebus bello, paceque ab Atila gestis, vixit circa annum 1530.

Genadius Magnus, Archi-Eppus Albae Juliae Vá-  
lachorum in Transylvania, scripsit Coniciones Vala-  
chico idiomate per totum annum, vixit circa annum 1580.

Jorestes Archi-Eppus Albae Juliae Valachorum in Trannia, scripsit Coniciones Valachico idiomate per totum annum, vixit circa annum 1584.

Petrus Mogila Archi-Eppus Kiovensis, scripsit librum intitulatum Petra fidei.

Stephanus Archi Eppus Tergoviscensis, et Ex-  
archa Plagenarum, et Partium Regni Hungariae, scrip-  
sit jus civile et canonicum, sive Collectionem juris  
civilis et canonici, idiomate Valachico, et tractatum de II sacramentis.

Stephanus Archi-Eppus Albae Juliae Valacho-  
rum in Trannia, Psalterium ex Haebraico, et Novum  
Testamentum ex Graeco vertit, variosque libellos  
Doctrinam Christianam concernentes edidit idomate  
Valachico, vixit.

\* Ureche, scripsit historiam Valachorum.

Missail Monachus pariter historiam Valacho-  
rum. \*

Serban Valachiae princeps opera duorum eru-  
ditissimorum Boerorum totum Vetus et Novum Testa-

mentum, ex Graeco juxta LXXII. Interpretatum versionem in Valachicum transtulit circa annum.

Sabas II Archi-Eppus Valachorum in Trannia AlbaeJuliae, Constitutiones Synodales pro Cleri instructione scripsit, et Euchologion in Valachicum prius vertit.

Theophilus Archi-Eppus AlbaeJuliae in Trannia vertit Horologion primus in Valachicum.

Athanasius, Archi-Eppus AlbaeJuliae Valachorum in Trannia, scripsit constitutiones pro directione Cleri.

Istvanovits edidit Conciones Valachico idiomate per totum annum.

Anthimus Archi-Eppus Bucurestiensis varia opera idiomate valachico edidit.

Jacobus Archi-Eppus Iasii in Moldavia tractatum de septem sacramentis, et dissertationem contra Pascha, seu panem vino immixtum, id est Caenam Dominicam Calvinistarum, quam Valachis Tranniae intrudebant.

\* Miron Logofet scripsit Valachica lingua anno 1673, de creatione orbis et divisione gentium, deque Romanorum origine et Imperio, et annales resque gestas Principum Moldaviae usque ad sua tempora. Vixit in Moldavia. \*

Demetrius Cantimir Moldaviae Princeps, scripsit notitiam Moldaviae, Historiam Daciei, Historiam Imperii Othomanici, Discursum sapientis cum mundo, de Domo Principis Brancovan, de Musica Turcica aliaque.

Theodosius Eppus Buzensis instructionem de administratione sacramentorum, lingua Valachica, et Menea edidit.

Anonymous, Annales Valachorum ab Urbis Romae initio ad seculum decimum tertium lingua Valachica scripsit.

Alter Anonymous res gestas Principum Valachiae ab anno 1500 usque ad annum 1700 valachice scripsit.

Damascenus Eppus Rimnicensis vertit libros ecclesiasticos in Valachicum, et instructionem rite administrandi Sacraamenta scripsit.

Caccavella edidit librum in Moldavia lingua Valachica, praeparationem ad ordines, et explicacionem divinae Liturgiae totiusque officii ecclesiastici.

Theodorus, Lexicon Latino-Valachicum scripsit.

Nicolaus Maurocordatus de officiis librum conscripsit.

Clemens Rimnicensis Eppus Moralem doctrinam de administrandis sacramentis edidit.

Joannes Innocentius L. Baro Klein de Szad Eppus Fagarasiensis Conciones per totum annum lingua valachica scripsit.

Petrus Paulus Aaron, Eppus Fagarasiensis, obligationem Pastoralem, Flosculum veritatis, Epistolam Pastoralem, et aliam Consolatoriam, et Synopsim Concilii Florentini scripsit, Universamque S. Scripturam ex Latino in Valachicum transtulit juxta Vulgatam Latinorum.

Gerontius Kotori in Monasterio SSmae Trinitatis Balasfalvae Religiosus, scripsit Historiam Schismatis Graecorum.

Athanasius Rednik Eppus Fagarasiensis scripsit librum contra Schismaticos, et statum Ecclesiae Valachorum in Trannia.

Gregorius Major Eppus Fagarasiensis Epistolam Pastoralem, alteram Encyclicam scripsit.

Demetrius Ivasko Canonicus Ecclesiae Cathedralis Munkatsiensis, et Archi-Diaconus, Dogmatico-Moralem Theologiam scripsit.

\* Ienache Vacarescu Thesaurarins Principis Valachiae, scripsit gramaticam Valachicam.

Georgius Sinkay Director scholarum normalium per Tranniam puleram collectionem Authorum de rebus Valachorum fecit.

Stephanus Papp Praepositus monasterii Ss. Trinitatis Balasfalvensis, scripsit Tractatum de sacramento Baptismi.

— Joachimus Pap Ord. S. Basilii Theologiae Dogmaticae professor Balasfalvae, scripsit Theologiam Dogmaticam.

Cyrillus Czopa Cibiniensis G. Ritus Parochus scripsit moralem Theologiam.

Joannes Molnar oculista Doctor scripsit grammaticam Germanico-Valachicam, item oeconomiam apiarium, modo ad Dictionarium Latino Valachico-Ungaricum apponit germanicum idioma. Idem scripsit Rhetoricam; omnia Valachice.

Scripta sunt etiam per me Samuelem Klein, qui et hoc opus conscripsi: Grammatica Valachica, Arithmetica, Logica, Methaphysica, Jus naturae, Dictionarium Latino-Valachico-Ungaricum, cui modo apponitur germanicum idioma, et vicissim Valachico-Latino-Ungaricum. Item istoria Ecclesiastica, etc. S. S. Patrum multa opera: Basilii Magni, Joannis Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli Hierosolimitani, etc.

mitani, Joannis Damasceni, et aliorum plurium. Item variae dissertationes. Haec omnia Valachico idiomate, praeter quasdam dissertationes Latino idiomate scriptas. Praeterea Sacram scripturam totam de Graeco in Valachicum verti, et moralem Theologiam conscripsi Valachice, quae typis Balasfalvae edita sunt. Idem canones omnium conciliorum, variasque conciones, etc. \*

Sunt multi Libro Valachico idiomate ex aliis linguis versi, quos hic enumerare ob carentiam Catalogorum non possum; verum ut saepius dixi, dum occasio mihi dabitur, recensere non intermittam. Et haec pro instituti nostri, et temporis angustia hac vice sufficient. Pauca de conversione Daco-Romanorum seu Valachorum ad Christi religionem eorumque Religione sequenti Libro agamus.

---

## LIBER QUARTUS.

### DE CHRISTIANA DACO-ROMANORUM, SEU VALACHORUM RELIGIONE.

---

#### Caput I.

De conversione Daco-Romanorum ad Christum.

##### Introductio.

Originem et Progressum Romanorum, qui ab aliis Nationibus modo Valachi dicuntur, pro virili superioribus libris ostendimus: igitur breviter dicamus aliquid etiam de Religione eorum Christiana. Valachi utpote Romani in Romanorum Imperio existentes superstitionem eorum sequebantur idola adorantes, quando autem optimo maximo omniumque creatori Deo complacuit gentes quoque in Ecclesiae suae ovile introducere, et per sanctissimi sui Evangelii pracepta, Divinarumque legum observationem Regni coelorum participes reddere, illico post suum in coelos ascensum, ac ad dextram Dei Patris sessionem Paracletum suum sanctum spiritum super suos sanctos Apostolos atque discipulos in specie linguarum ignearum misit, qui super unum quemque eorum insedit. Itaque sancti Apostoli radiis Gratiae plenissime illuminati in universum terrarum Orbem iverunt, quemadmodum Dominus ipsis, dum in coelos assumeretur, praecipuit: euntes in universum mundum

docete omnes gentes, inquit, quidam ad Scythiam, ut de Andrea, quidam ad Indianam, ut de Bartholomaeo traditur. Petrus autem Apostolorum vertex, et Paulus vas electionis Romam usque protecti Evangelium praedicarunt, plurimosque tam de Judaeis, quam de Romanis, et Graecis ad Christianae Religionis agnitionem adduxerunt, et Ecclesias fundarunt, Eppos ordinarunt, et quaeque necessaria ad propagationem, et confirmationem, conservationemque indefectibilis atque infallibilis Christianae Catholicae Ecclesiae providerunt, ac statuerunt, ita ut brevi tempore per omnes universi Orbis praecipue Romani Imperii Provincias non obstantibus prohibitionibus, minis, ac crudelissimis cruciatibus, torturis, et ad extremum necibus impiorum Tyrannorum, numerus Christianorum mirum ac maximum in modum auctus sit. In Romanorum exercitu plurimi erant Christiani, ita ut Trajanus Imperator decem millia militum Christianorum, quod Diis thus adolere recusassent, in Armeniam exulatum ire jusserit: credibile est etiam inter illos milites et cives, quos in Daciam transportavit fuisse plurimos Christianos, imo idem Trajanus cum videret tantopore multiplicari et augeri Christianos, jussit non amplius eos persecui; et enim quo magis gentiles eosdem persecabantur, eo magis numerus Christianorum crescebat, ut verissimum sit dictum illud Tertuliani, quod sanguis Matyrum sit semen Christianorum. Cum ergo Romani populi magna pars Christum profitebatur, ac verum Deum adorabat, consequitur, quod inter colonias a Trajano in Daciam ductas Christiani quoque fuerunt, et successu temporis omnes illae coloniae Christo apposita; seimus enim totum Romanum Imperium imperante Constantino Magno, reliquisque Christianis Imperatoribus Christianam religionem fuisse amplexum, adeo ut totus mundus Christianus illis temporibus, quasi ex uno Romano Imperio constitisset; quis autem vel cogitare posset, quod sola Dacia in gentilitatis errorum tenebris ex omnibus Romanis ditionibus manserit, quod si hoc contigisset, profecto ex tot Christianis scriptoribus aliquis memorisset? nullus autem est, qui hujus rei vel levem mentionem faceret, imo constans omnium traditio fuit et est, universum Romanum Imperium abjectis superstitionibus, omnique idolatria, Dogmata Christi amplexum fuisse; in Dacia vero seculo II Religionem Christianam fuisse propagatam testatum id reliquit Tertullianus libro adversus Judaeos, ubi inquit: Loca Chio subdita sunt inter alia Sarmatarum, Daeorum,

---

\*) Tardius additum in calce. Editor.

**Germanorum, et Scytharam, in quibus omnibus locis Cthi nomen, qui jam venit, regnat. Hoc ipsum Origenes quoque testatur.**

## Caput II.

**Valachi saeculo IV erant Christiani.**

Valachorum ad Christum conversio antiquissima fuisse arguitur vel ex eo, quod nec tempus, nec authorem certum totius conversionis eorum annales memoriae prodant, indubitatamen est Valachos IV saeculo Christum cognovisse. Imprimis enim Constantinus Magnus Imperator, cuius imperio, et Daciae populus totus paene, quaqua latebat, terrarum Orbis parebat, ubi sub Christi vexillo circa annum 312 prodigiose militare coepisset, per universas imperii sui provincias, uti et per Daciam (proprium sibi et S. Helena Matris suae, quaeque ad civitatem modo Sophiam dictam nata est, natale solum: Constantium Magnum ad Naisum Daciae civitatem natum fuisse constat) de abolendis simulacriis, et inducenda religione Christiana leges tulit, et mandata dedit, et quidem anno 316. 7. Junii ad Protogenem Daciae Eppum unam legem direxit, in qua continetur jam diu ante fuisse lege permisum servos a Dominis suis in Ecclesia Catholica manumitti posse, si modo in praesentia populi, Epporum, et qualicunque scriptura id fiat. Itaque Eppis potestatem servos manumittendi tribuit, quocumque id modo faciant, si modo de eorum voluntate legitime constet. Igitur tempore Constantini Magni Eppi erant in Dacia, erant et Christiani Catholici, quorum praesentia per citatam requirebatur; imo si Eppi erant, populi quoque Christiani, quorum Eppos agebant, necessario esse debebant. Anno 325 Concilio Nicaeno oecumenico interfuerunt ex Dacia Eppi Marcus Metropolitanus, et Protogenes, ut patet ex enumeratione Epporum, qui Concilio Nicaeno interfuerunt, quam refert Harduin in actis conciliorum, ubi sic scribit: Provinciae Daciae Protogenes Sardicensis, et Marcus Metropolitanus, et alibi adfert verba ipsius concilii, quae sic habent: Catalogus sanctorum Epporum, per quos sancta, magna et universalis Synodus Nicæae coacta misit omnibus in toto orbe terrarum Dei Ecclesiis, ea, quae ab ipsis per Spiritum Sanctum in eadem constituta sunt. Et enumerat Osium Cordubæ Eppum, per quem Ecclesiis, quae Romæ sunt, et in Italia, et in Hispania, et in reliquis ulterius nationibus usque ad Oceanum com-

morantibus, sanctis Dei Ecclesiis acta concilii missa sunt, dein alios, per quos, ad varias Ecclesias concilii acta transmissa fuere. Nono loco ponit admirabilem Protogenem per quem in Daciam, finitimasque Provincias eadem ejusdemque concilii acta fuere expedita. Ergo in Dacia erant Eppi et Ecclesiae christianae, secus quomodo potuisse concilium in Daciam, et ad quid mittere acta sua, si Christianis non.

Id ipsum clarius patet ex actis concilii Sardicensis, cui ex Dacia interfuerunt itidem admirabilis Protogenes, Gaudentius a Dacia de Naiso, quae erat in Dacia Aureliana, (haec est civitas, in qua Constantinus Magnus primum lucem aspexit). Vitalis a Dacia Ripensi de Aquis, haec erat in ea Danubii parte, ubi et Valachia moderna, cui modo videtur quoad situm respondere Rîmnik, ut alias jam ostensum a nobis est. Calvus a Dacia Ripensi de Castro Martis. Constat ex ipso etiam Synodalis concilii Sardicensis ad totius Ecclesiae Catholicae Epos scriptae epistolæ titulo, Daciae utriusque Epos praesentes fuisse, quem refert Theodoretus in haec verba: Sanctum concilium ab Eppis Romæ, Hispaniae, Italiae, Juliae, Campaniae, Calabriae, Africæ, Sardiniae, Pannoniae, Mysiae, Cacie, Dardaniae, et Daciae interioris, Macedoniae Thesaliae, Achaiae, Epiri, Thraciae, Rhodopae, Asiae, Daciae, Bithyniae, Helesponti, Phrygiae, Pisidiae, Cappadociae, Ponti, Phrygiae minoris, Ciliciae, Pamphiliae, Lydiae, Insularum Cicladum, Aegypti, Thebaidis, Libyae, Galatiae, Palaestinæ et Arabiae per Dei gratiam Sardiceae celebratum omnibus ubique Eppis et Ministris Catholicae et Apostolicae Ecclessiae dilectis fratribus in Domino. Ex istis luce meridiana clarius est, Valachos nostros in Dacia existentes, tam eos, quam trans Danubium, Christianos fuisse, etenim Mysia, Bulgaria moderna est, Dacia vero duplex, una trans, altera cis Danubium. Quomodounque spectatur, evincitur Daciae populos fuisse Christianos. S. Athanasius in epistola circulari ad Aegypti et Libyae Epos inter celeberrimos sui temporis Eppos, et fidei constantia praecipuos, enumerat Sylvestrum et Protogenem ex Dacia. Jam vero tot Eppi non potuerunt esse in angulo aliquo Dacie, sed per totam Daciam: vel si dicamus partem aliquam tantum Daciae fuisse Christianam, dicendum etiam erit ab his Christianis reliquos Daciae populos eductos Christianam religionem, et ad Christum conversos. Sed et subsequentibus oecumencis conciliis interfuerunt Romano-Daciae Eppi, in Ephesino, namque

ut Harduin refert: Epistolae paulo ante concilii inchoationem ad S. Cyrillum et Juvenalem Hierosolymitanum inter complures, qui subscribunt, est etiam Julianus Daciae Eppus. Saeculo etiam VI, anno scilicet 530 salutis, quo Justinianus Imperator, primam Justinianam in Archi-Eppalem, et Primatalem Urbem erexit, ejus Archi-Eppi dominio subjecit, tam mediterraneam, quam ripensem Daciam, Eppumque civitatis Daciae ripensis ad Aquas dictae una cum provincia sua primatiali jurisdictioni Eppi Meridiani avulsum primae Justinianae tamquam primati subjecit. \* Et haec est origo et causa, cur Archi-Eppus Moldaviae usque ad Basilium principem Moldaviae non Constantinopolitano, sed huic primati suam confirmationem deferebat\*) In hujus primatis scuto est etiam turris, quae, ut in eodem diplomate Justinianus, ait, utramque Daciam significat; erant igitur IV. quo fuit concilium Ephesinum, et VI saeculo Daco-Romani, qui modo Valachi audient, Christiani. Sed quae suppetunt, pro saeculo IV argumenta prosequamur. Author Topographiae M. Hungariae scribit: Divinum hoc semen (idest Christianismus) multiplicatum est in Scythia obtinentibus Daciam Romanis, ut jam anno salutis 325 haberent Epos. Argumentum itaque est, Romanos in Dacia existentes Christianos fuisse seculo IV, immo ab iis vicinis quoque Scythiae gentes ad Christum fuisse conversas.

Sed et Martyrium plures tempore Valentis Imperatoris circa annum 372 pro Christo passos fuisse in Valachia, clarum est ex Historia Ecclesiastica Claudi Fleuri. Cum enim Goths Thraciam, atque Daciam misere depopularentur, imo Daciam sibi subjicerent, multos Christi fideles extrema calamitate effecerunt, inter quos fuerunt S. Nicetas, \* eujus commemorationem orientalis Graeca Ecclesia decima quinta die Septembri celebrat\*\*), et S. Sabbas Martires dicti Goths, quasi Gothici, eo quod sub Gothorum rege Athanarico Christianiorum hoste Martyrium passi sint, jubente etenim Athanaride viro in publica autoritate conspicuo S. Sabbam ad flumen Muscae, hodie Mosous, (sic enim flumen hoc vocat Fleuri, cuius verba referimus), in Valachia lictores ducunt, et orantem, Deumque laudantem in flumen projecerunt, lignoque quod collo alligaverant praefocant; aetatis annos numerabat S. Sabbas 38. Passusque est die

Jovis, hebdomadae Pascalis, pridie idas Aprilis, Modesto et Arinthio, consulatum gerentibus, idest 12 Aprilis anno 372. Hujus sancti reliquias Julius Soranus Dux et Tribunus militum, qui illis in confiniis pro Imperatore praesidio erat, in gratiam S. Basili id rogantis, in Cappadociam patriam suam misit. S. corpori juncta est Epistola narrationem martyrii S. viri complectens ad Ecclesiam Cappadociae; et omnes Ecclesiae Universalis fideles data, quae sic concludit: Quare, S. Sacrificium offerentes, ea die qua Martyr coronatus est. Id ipsum fratribus nostris notum facite, ut Dominus ob hanc victoriam per totam Ecclesiam Catholicam et Apostolicam laudetur. Salutate omnes sanctos! salutant vos qui nobiscum, persecutionem patiuntur. Nemini dubium veniat, quod Gothus dicitur hic S. Sabbas; nam ut alibi adnotavimus, Goths partes has incurantes, modico tempore tenuerunt, donec per Romanos iterum pulsi et expulsi sunt. Refert etiam author libri globi terraquei Tyrnaviae editi, quod quidquid Trannia, Tyra fluvio (hic fluvius Moldoviam a Podolia partibusque Poloniae dividit), Istro seu Danubio, ac Ponto clauditor, olim Ripensis, et Alpestris Dacia, dein a variis gentibus Gothia audit propter incursionem hostilem Gothorum sub Valente factam, ut jam significatum est. En cur dicatur S. Sabbas Gothus. En quae est Dacia Ripensis, cuius Eppi superius allati Concilio Sardicensi interfuerunt. Itaque constat in Valachia saeculo IV, Christianos fuisse, cum enim S. Sabbas, in Valachiae flumen, ut ioco citato refert Fleuri, projectus Martyrii coronam adeptus sit, sequitur fuisse Christianos, contra quos Gothorum Rex Athanaricus persecutionem excitavit. Daciam Danubium respicientem versus septentrionem Scythiam quoque fuisse vocatam, a Graecis scripta eorum indicant, qui quidquid erat ultra Thraciam, versus Danubium, Scythiae nomine appellabant. Ex hac Scythia prodierunt Joannes Cassianus, et Dionysius Exiguus inter scriptores Ecclesiasticos viri celebres.

(Va urm'a.)

### ISTORIA ARDEALULUI in 1848—49

de Kővári László.

Si dreptula istorică a romanilor.

(Va urm'a).

e) Serisórea comitatului Zarandului din 1790, facuta in privinta uniunii Ardealului cu Ungaria, in care Zarandulu poftescă, că se vina indereptu dela

\*) In margine. Editor.

\*\*) In margine. Editor.

Ungari'a partile rupete in 1744 de catra Zarandu (Veszely că mai susu pag. 89). f) Rugarea comitatelor sub sternuta dietei Ungariei in 1790 si reprodusa si de D. K. L. in istoria sa, in care au postit comitatele, că in diplom'a imperatésca si in juramentul celu va depune imperatulu că rege Ungariei (precum s'a fostu hotarit si cu Rudolfu imperatulu in 1595 vedi corpulu drepturilor ungarice pag. 29 ort. II.) se se faca mentiune particulara, speciala a Transilvaniei, se se oblige imperatulu că rege alu Ungariei, ca va conserva constitutiunea Transilvaniei prin urmare autonomia ei, care toté nici decatu insemană uniune perfecta seu uniune reala a Ardealului cu Ungari'a. g) Articulul II alu legilor din 1790, in care staturile Transilvaniei recunoscu, ca acésta nu se poate reuni cu Ungari'a cu vetamarea autonomiei sale, si articlu VI. alu legilor Transilvane totu din 1790 in care staturile Transilvaniei recunoscu, ca Ardealu trebuie se aiba constitutiunea sa propria, si se nu fia la altu remnu (nici la alu Ungariei) supusa.

Motivele pana aci insirate me facu se credu si aceea, ca uniunea Ardealului facuta de noi fora noi in 1848, care derima autonomia tierei, sterge dreptului dietei tierei, guberniulu si contopesce natiunea romana cu vetamarea dreptului ei in unguri, e de parte că ceriulu de pamenta de uniunea din 1688 si de uniunea, ce s'a cerutu in 1780, si că uniunea din 1848 in multe puncte fostu din nou escugetata.

## XII.

La pag. 110 scrie: a) ca comitetulu romanu a inceputu a numi romanimea: poporu romanu; b) ca romanii au vrutu se representedie Rom'a (in 1848); c) ca romanii au cetitu in Eutropiu, ca romanii sub domnia loru din 107, preste Ardealu mai alesu Traianu a asiediatu colonii romane, pe acésta basa a voitu a continua istoria Romei celei famóse; dara de ar intorce cateva in Eutropiu ar asta pastrat si aceea, ca coloniele aceste romane le au scosu din Ardealu cu caderea domnirei romane, precum spune istoriculu: „Ne barbaris traderentur.“

La asertiunea de sub a) considerandu, ca mai nainte D. K. L. a fostu disu, ca romanii dela adunarea dela Blasius 15 Maiu 1848 au inceputu a se numi pe sene: romani, si combinandu celea, ce am scrisu in contra D. K. L. despre numirea romanilor astu, ca in acésta asertiune D. K. L. isi contradice siesi si ca vorbesce in contra adeverului istoricu constatat, si pusu afora de tota indoiéla.

In asertiunea de sub b) decumva Ds'a intielege aceea, ea romanii in 1848 ar fi voit u se fia domni singuri preste Ardealu, cumu a fostu Rom'a dupa frangerea Dacilor in Dacia, retacesce; pentruca faptele loru din contra demustra: ca romanii au respectat legile imperatesci, au fostu cu credintia si cu supunere catra inaltulu tronu (precum marturisescu chiar vorbele Maiestatii Sale pre bunului nostru imperatu, Franciscu Iosifu I in mai multe date rostiti despre fidelitatea si portarea cea legala a romanilor), au fostu cu respectu catra drepturile natiunilor surori colocitorie, si ca nici cu cuventu, nici cu fapta n'au datu semne de necredintia, de suprematia, si de o domnire că a Romei, despre care visase D. K. L. necunoscundu seu nevoindu a cunoșce tendintiele cele sincere ale romanilor, carii numai dreptate au voit u si in 1848, că si acum. (Va urm'a.)

## PETITIUNEA

fostiloru granitari romani Nr. 17 data Mai. Sale prin deputatiunea imputerita in Audi- enti'a din 13. Decembre 1860\*)

Maiestate c. r. apostolica!

In restimpu de unuspredice ani a patra ora cu teza poporatiunea fostului regimentu pedestru de granitia alu doilea de romanidin Transilvani'a Nr. 17 a se ivi inaintea inaltei Majestati, Domnului si Imperatului seu, inaintea serenismului seu Domnul alu ostirilor spre a incerca cu umilitia pe calea indurarii imparatesci, unu pasu celu mai din urma dar si celu mai securu in caus'a loru inca ne decisa pana acum in privintia regularii avorei loru comunale si cereuale, care fura schiambate prin redicarea militieei de granitie din Transilvani'a.

\*) Acum, candu totu f. granitariu are de lipsa a sci, ce a cerutu si earasi ce a capatatu deputatiunea nostra dela Maiestate in caus'a proprietati si a drepturilor avute si pe suptu manu incurcate, eata ca publicam petitiunea, provocandu pe toti fratii granitari pe ce au mai scumpu, că nu cumva se se departeze dela scopulu celu mantuitoriu, celu venâ deputatiunea, adica nu cumvasecadu in osend'a filitoru si a nepotilor loru, cerind dela comisiunea ce se asta acum in Naseudu vreo alta intrebuintare a venitelor ce le capata, decatu singuru numai pentru scopulu redicarei institutelor de cultura; ca numai pe calea acésta potrivit se easa pretensiunile in favoarea nostra.  
Red.

Poporatiunea cu tóta umiliti'a memoratului cercu de granitia indresnesce in cunoscinti'a bunului seu dreptu a cuprinde intr'una acelea ce au asternutu in trei renduri si a le desluci.

Mai nainte de lamurirea tuturoru punetelor din petitiune isi iau indresneala prea plecatii locuitori rogatori a pre tramite pe scurtu cuprinsulu tuturoru prea plecatelor sale cereri de mai nainte, si apoi dupa finirea cursului istoricu alu lucrului a formula intreaga sa petitiune pre dreptu motivata prin acésta.

Anca in anulu 1848 au adusu comunele din granitia prin o propria deputatiune la pragurile prea inaltului tronu punctele plansórei loru in privinti'a mai multoru abusuri, ce s'au viritu in sistem'a administratiunei granitiei militarie, si intre altele anumitu pentru servitiele si ispravi private fora plata, care semena a fi fórté aprópe rudite cu robotele, ce le au facutu granitarii in urm'a ordinariilor mai marilor loru, apoi pentru marginirea dreptului de ereditate la partea barbatésca, si pentru dispunerea asupra proprietatii prin contracte si alte negótie iuridice intre cei vii, si in fine pentru contrari'a prescrierilor impededcare a tinerimei granitiarie dela studiulu la scóole de mediulocu si inalte de statulu civilu.

La aceasta petitiune catra Maiestate fú deputatiunea in inalta resolutiune sub Nr. 1-a adjutantului generalu de atunci principele F. Lobkovitz cu sperant'i'a, ca i se va implini cererea, linistita. Dar candu credea preasupus'a poporatiune din granitia, ca pe temeiulu repetitei incredintari sub 2/1 va puté astepta cu cea mai buna sperantia si securitate desavirsi'ta resolutiune prea inalta, aceeasi, dupa atatea servitii credintiose folositórie de optudiecișoptu de ani pe campulu de onré, recunoscute de tóta lumea, precum si de prea induratulu loru Domnu de oste, se vediú cadiuta cá jertfa mai'naltelor privintie de statu, pentrua in an. 1851 urmà pe neasteptate desfintiarea granitiei.

Fiindca poporatiunei granitiarie i'sa facutu a-eásta cunoscetu in form'a unei pre inalte dispositiuni, asia ea s'a incredintiatu sortii sale fara opunere .. eu acea sperantia, ca, mai cu séma, dupa jertfele facute in timpulu fatalelor incurcaturi politice din 1848—49, i se va concede, cá, scapata de abusurile de mai nainte, suptu o administratiune civile intiélépta se se bucure in securitate fora impovórari de drepturile sale remase dela stramosi cu atata mai multu,

ca-ci acestea i s'au garantatu prin sacrulu cuventu imperatescu. Si preste aceste mai vedea ei o garantia pentru viitorulu ei fericitu si in aceea, ca in monachi'a austriaca in anulu 1851 chiaru si aceia, cari mai nainte nu aveau drepturi, fura introdusi in comunele drepturi cetatienesei cu posesiunea loru faptiea.

Inse ea trebui se espereze cu amaru, ca esecutorii mai de diosu au poruncei prea inalte, nefiindu bine cunoscuti cu giurustarile, in reu preceputula seu zelu de servituu, condus de o superficialitate ncescusabile, ce vatemá semtiulu de dreptate alu fostilor granitari, au conturbatu liniscit'a posesiune a granitariilor cu aceea, ca ei dupa cumu suna Nr. 3 declarara padurile private si comunale de mediulocu si inalte nunumai cá luate de erariu suptu inspectiune suprema ei cá dreptu de proprietate alu erariului si cá atari le si inscrisera in catastru de mosii, si dreptu consecintia de aici dupa concepturile loru de dreptu, pe toti aceia, cari au tajatu lemne din padurile private si comunale, declarate de eriale, ii pedepsiea cu bani si cu arestu.

Locuitorii granitiei, siliti prin astufeliu de procederi, dupa desfintiarea legaturei granitiarie asternusera la picioarele Maiestatii Vóstre c. r. apostolice o plansória.

Cu cea mai respectuosa multiamita priimira ei acordarea in parte a unoru panete din acestea a le loru plansori, dar' cu cea mai adunea durere trebui se intielega din decretulu Nr. 4 dela comanda districtuala militara din Retégu din 11. Martiu 1851 Nr. 2063, catu se incorda deregatóri'a de finantia, in contra binevoitórelor intentiuni prea inalte a pune pamentulu din granitia si drepturile legate de densulu, a carui natura de origine era din vechime scutita de sarcini intr'o categoria cu dreptulu de proprietate tiermuritu prin privilegiile dominale, numai cá se incurce lamuritele giurustari de posesiune ale comunelor granitiarie, si se aiba motivu a pretinde o proprietate privata si comunala nedisputavera, cá bunu fiscalu.

Directiunea finantieei de tiéra din Transilvani'a declarà anumitu la punctulu a) alu aceleiasi petitioni, care cuprinde rogarea pentru libertatea de a capatá lemne din padurile comunale, ca pentru tragerea in viitoru din padurile acumu asi'a numite fiscale a dispusu guvernulu transilvanu.

Ba diregatóri'a finantiala in acelasi decretu nu-

mesce liber'a proprietate a granitiarilor anca chiaru si cu unu nume scalciat de proprietate usnfructuaria (ad: proprietate numai de folosire) si pomenesc intr'unu modu retacit u despre regalia dominale, care nici candu nu au esistat mai cu seama in militari-sat'a Vale a Rocnei si care nici ca putea a se intr'o-duse pe cale legala, pana candu mai susta in aceeasi vreo comuna.

Atatu acestea, si alte asupriri si angustiri de drepturi venite asupra cercului de granitia dupa des-militarisarea intimplata in urma celor mai incurcate propunerii si invinuirii, catu sì tractarea cea fara so-cotintia din partea deregatoriei de finantia cu fondulu cercului de granitia, si anume cu fondulu de pro-venete, de monturu si cu fondulu generalu alu scò-leloru, luate in pastrarea sa dela deregator'a granitiei militarie, dadura ocasiune fostilor granitieri in anulu 1852, candu Transilvania fù norocita cu pre-senti'a prea inaltului ei Principe, a asterne o adoua petitiune inaintea prea inaltului tronu. Ne ajungandu prin acésta petitiune la nici unu resultatu, mai cu seama inse in privintia consacrarii si intrebuintarii fondului spre cultivarea mai inalta a tinerimei din granitia, macaru ca in anulu 1851 s'a asiediatu cu numele si intaritu de diregatoria o comisiune adm-inistratória de fondulu scoleloru, totu nu ajunsera la scopu, asia imputernicitii comuneloru din cerculu militariu dadura in véra anului 1856 in o audientia la Maiestatea Vóstra c. r. apost. o cerere, pentru resolvarea intereselor ce curgu din fondulu scolariu si de monturu, că se se intrebuinteze că stipendii pentru mai inalt'a cultivare a tinerimei din granitia, dar' pana in diua de astadi nu se putura impartasi de o prea inalta decisiune.

Din acestu temeiut cutéza poporatiunea din cer-culu fostulni alu 2. regimentu romanu de granitia, a mai aduce anca odata petitiunile s'ale la pragurile prea inaltului tronu, că se se róge prin acésta de unu puternicu cuventu preainaltu, intemeiatu pe basa neclatita de dreptu, prin care s'ar pune unu capetu tuturorui incurcariloru de dreptu si asupreli-toriu, si locuitorii granitieri scapati de multele spese

insedarnice si de scrierile cele fara capetu si — in-curcate si de alergaturi, prin asigurarea de a nu li se mai atinge drepturile loru de proprietate, s'ar in-curagia prin acesta la o noua curagia a trai si a muri pentru patria si pentru préinaltulu tronu.

(Va urmá.)

### La Poetii Romani.

(Din Rev. Rom.)

Precum in tómna dulci paserele  
S'aduna voiosu,  
Si pe unu arboru coprinsu de ele  
Canta frumosu.

Veniti aicea cu'a vóstre lire,  
Voi ce aveti,  
Radie pe frunte de nemurire  
O ! juni poeti!

Voi, cari 'n foculu, ce ve strabate  
Visati cu doru  
Glorii, placere si libertate,  
Si blandu amoru.

Veniti,! ca-ci lumea trece, dispare,  
Visele peru!  
Inse-á iubirei dala cantare  
Sbóra la ceru.

Si acolo merge de se unesce  
Cu mundrulu chorù  
Ce in lumina canta, slavesce  
Pe creatoru . . .

Candu man'a mortii rece s'ápasa  
P'alu vietiei firu,  
Fericie omulu ce 'n animi lasa  
Unu suveniru!

V. Alecsandri.

D. A. Donici, cunoscutulu poëtu romanu din Moldova, da la lumina o colectiune completa din fabulele sale cele renumite si intr'o editiune forte corecta.